

ACHILLEION

Ad explorandum in insula Corcyrae Palatum nomine Achillis, dicatum ab imperatrice Sissi Rudolpho principi suicidae.



In anno 1889 Elisabetha Amalia Eugenia, Asburgica imperatrix, omnibus nota ut Sissi principissa, emere statuit villam Vrailae familiae, quae in 1861 ei accepit hospitium in prima commoratione in insula Corcyrae.

Cum auxilio Italorum architectorum, Raphaelis Cariti et Landis Antonii,

aedificium mutavit in pulcherrimum palatum e duobus tabulatis, circumdatum columnis Doricis, Ionicis et Romanis, ornatum picturis styli Pompeiani.

In horto sunt collocatae statuae poetarum, quos maxime amavit, ac deorum et Musarum Graeci mythici imaginarii et Achillis herois, cui villa dicatur. Sissi, enim, Achillem mirabatur ut nobilem exemplum roboris venustatis.

Invictus ut deus, ut homo vulnerabilis, Achilles revocabat in memoriam principissae iuvenem filium Rudolphum Secundum, cum amante Maria Tetsera mortuum suicidam.



Intranti in villam, est atrium spatisum ad hospites accipiendos in delegationibus. In eius lateribus Elisabethae cellae privatae et parvae aulae cum rebus familiaribus Willelmi Secundi, qui hic habitavit cum uxore annis posterioribus.

Gradus maestosi, ad cuius pedes sunt statuae Herae et Iovis, ducunt ad tabulatum superiorem.



Secundum tabulatum ad porticum dicit ad porticum quadrangolare,
columnis clausum et opertum lacunari.



Nisa columnis, marmorea Musarum simulacra, quae curant artes et moralia.
Post eas statuae trium Gratiarum, symbola pulchritudinis universalis.



Statua maxime grata principissae, ut matri orbatae, Achillis simulacrum,
opus Austriaci sculptoris Ernst Gustav Herter, sita in pergula viridarii.

In eo fingitur heros, iam moriturus, dum talo vulnerabili extrahit telum.




Herois historia, de qua quoque tabula pingitur, revocabat praeterea in
memoriam imperatricis alterum filium Maximilianum, in Mexicum
profectum e Miramare castello et ibi in seditione interfectum.



Aliae imagines villaे:



Cubiculum principissae, quae violaceum colorem diligebat in parietibus, tentoriis et vestitu.



Principissae statua in atrio viridarii.



Statua Heine, Germanici poetae, a Sissi predilectus ob delicatos versus.

Scripsit Lucia Mattera



